Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Rotæ Divinis Amoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

Conſideratio VI.

VULNERA CHRISTI.

Rete Diuini Amoris.

En *ipſe eſt poſt parietem noſtrum, reſpiciens per fene-* [Cant. 2.]
ſtras, proſpiciens per cancellos. Stat Chriſtus poſt
parietem, quia corpore interpoſito occulit ſuam Diui-
nitatem. *Et reſpicit per feneſtras*, quia per vulnera pro-
ſpicit noſtras ærumnas, eiſque medetur. Benedictum
rete, benedicta vulnera, quæ, dum ſe noſtra peccata inter
& Diuinam Juſtitiam interponunt, nè illa nos puniat,
obſtaculo ſunt, & mortis ſententiam in vitam commu-
tant.

2. *Reſpicit per feneſtras*, vel, vt alii legunt, *per retia.* O [Septuag.]
Retia Diuini Amoris, quæ attrahitis, & votis illigatis
cor Dei, vt ad illud attrahitis corda noſtra, vobiſque no-
ſtras illigetis animas! Quamobrèm, cùm aperta & ex-
tenſa fuiſtis in Cruce, ſubito homines *reuertebantur per-
cutientes pectora ſua.* Iiſdem Apoſtoli *facti ſunt piſca-
tores hominum.*

3. *Reſpicit per ratia. Apparet per retia, eminet ſu-* [Septuag.]
per retia. Non ſolùm per ea reſpicit, ſed etiam reſpici- [S. Bern.]
tur, imò obtutum ſubterfugit. *Apparet per retia*, quia
*patent viſcera: & eminet ſuper retia, quia, qui potuit gut-
tâ, voluit vndâ: & quod ſatis fuit ad meritum, non ſatis
fuit ad Amorem.*

Conſideratio VII.

VULNERA JESU. [*Ieſus Dom. Salus.*]

Magnes Cordium.

1. Si amori vis attrahendi ineſt (*Magnes eſt Amoris A-
mor*) magnes, attrahens Amorem, amor eſt: *Si vis*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN